# PRÆFATIO.

## CREATURAS ESSE VELUT MANUS ET INTERNUNCIAS DEI, PER QUAS AD ipſum deducimur.

Ad Coloſ.1. *In ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant.*

PRINCEPS Prophetarum Moſes in Libro Originum duos locupletiſſimos Dei teſtes producit, puta Macrocoſmum & Microcoſmum, ſive Hominem: & quia per illos opifex & conſervator omniũ rerum manifeſtatur & cordi noſtro imprimitur, idcirco Scriptura ſacra multoties qua- *Duo Dei teſtes.*